Cum autem Anthonius rediens
celle sue appropinquaret. vidit ā
gelos Pauli animam deferentes
Qui velociter rediens. invenit cor
pus Pauli flexis genibus in mo
dum orantis erectum. ita vt ipsū
vivere estimaret Sed cum ipsum
mortuum didicisset: dixit. O san
cta anima qd̄ gerebas in vita: in
morte monstrasti. Cum autem nō
haberet vnde sepulturam faceret
ecce duo leones adveniunt. ⁊ fo
veam paraverunt Sepultoq̧ eo
ad silvam redierunt Anthonius
autem Pauli tunicam ex palmis
cōtextam assumpsit Qua postmo
dum in solemnitatibus vtebatur
Obiit autem circa annos domini.
CC. ⁊. lxxxviii.

De Nomine.

Remigius dicitur a remi qd̄ ē
pascens ⁊ geos qd̄ est terra
quasi pascens terrenos doctrina.
vel a geon. qd̄ est luctacio q̄si pa
stor ⁊ luctator Pavit enim gregē
suum. verbo predicacionis suffra
gio oracionis exemplo conversa
cionis. Est enim triplex genus ar
morum scilicet defensionis. vt scu
tum. impugnacionis vt gladiꝰ.
municionis vt lorica sive galea.
Luctatus est igitur contra dyabo
lum scuto fidei. gladio verbi dei.
⁊ galea spei. Eius vitam ignatius
remensis archiepiscopꝰ scripsit.

De sancto Remigio Remeñ.
archiepiscopo

Remigius doctor egregius
⁊ confessor domini glori
osus a quodam heremi

ta taliter est previsus. Cum enim
dira wandalorum persecucō to
tam fere franciaȝ devastasset. qui
dam reclusus vir sanctus. qui lu
men oculorum amiserat. pro pa
ce ecclesie gallicane. crebris oraci
onibus dominum exorabat Et ec
ce angelus domini in visu ei asti
tit. eiq̧ dixit. Scito ꝙ mulier illa
nomine cilinia filium nomine re
migium generabit. qui genteȝ su
am a malorum incursibus libera
bit. Cumq̧ evigilasset. statim ad
domum Cilinie venit ⁊ qd̄ videāt
enarravit Cumq̧ illa non credē
ret eo ꝙ anus iam esset. ille respō
dit Scias. ꝙ cuȝ puerum ablacta
veris. oculos meos de lacte tuo ꝑ
unges ⁊ continuo michi visum ī
stitues. Cumq̧ per ordinem hec
omnia cōtigissent Remigius mū
dum fugit ⁊ reclusorium intravit
Crescente autem eius fama Cum
autem viginti duoruȝ esset anno
rum ab omni populo electus est
archiepiscopus remensis. Tāte
autem mansuetudinis fuit ꝙ eti
am ad mensam eius passeres ve
niebant ⁊ de manu eius ciborū
reliquias comedebant Quodaȝ
tempore. dum in domo cuiusdaȝ
matrone hospitatus fuisset. ⁊ illa
modicum vini haberet Remigiꝰ
cellarium introivit. ⁊ super doliū
crucem fecit. Cumq̧ ibidem orassȝ
mox desuper vinum egreditur ita
ꝙ per medium cellarii fundeba
tur Cum auteȝ Clodomius rex frā
cie tunc temporis gentilis esset.
nec ab vxore sua christianissima

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-147/0080
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG